SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Virtuti fidei ac experientie, ut diximus, per biennium fere
probati digna merita pro viribus vicissim reddere, teque esculapia
artem probe callentem in huiusmodi tuo officio ad tertium an
num confirmare, sciens et tua opera adhibita firmiter
credens a nullo salubrius nostra corpora curari posse, si
quando acciderit quod languore premantur atque ab urgentibus
morbis obruantur, quod absit, quod nullos ipsius Physice
Canones ignoras. Proinde te magistrum Iubilium nostri generalis con
silii decreto electum vicibusque in tertium annum in secunde
tue electionis calce incohandum et ut sequitur feliciter fi
niendum cum solita mercede centum ducatorum monete solite
tibi solvenda et scutis quatuor de moneta pro tua domo
per te tempore inveniendi et predictis sumptibus solvenda, nec non
cum iisdem capitulis cum prima tua electione per nostrum comune
transmissis, et cum honoribus et oneribus solitis et consuetis
iterum eligimus, prorogamus et in medicum physicum nostre terre
confirmamus. Precamur igitur ut humanitas tua
non parvo hoc premio inspecto sed magis dandum animis
secunda hanc confirmationem dignetur annuere atque
accipere, de cuius acceptatione vel renuntiatione
(quod absit) per litteras tuas vel oretenus facias nos certio
res ac presenti cancellario mercede scuti unum transmittas: Alr

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 38, c. 158 v.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR